

heretici sunt quidam si essent in ecclesia nihilominus errarent, Cum autem foris sunt plurimum profunt non uerum docendo quod nesciunt sed ad uerum quaerendum carnales & ad uerum aperendum spirituales catholicos excitando, sunt enim innumerabiles in sc̄a ecclesia dō probati uiri sed manifesti non fiunt inter nos quamdiu imperitiae nostrae tenebris delectati dormire malumus quam lucem ueritatis intueri, qua propter multi ut diem diuideant & gaudeant per hereticos de somno excitantur. Utamur ergo & iam hereticis non uerorum approbemus errores sed ut catholicam disciplinam aduersus eorum insidias adserentes uigilantiores & cautiore simus. & iam si eos ad salutem reuocare non possumus, credo autem ad ficturum dñm ut ista scriptura praecedente praecate legentibus bonis non aduersus unam aliquam sed aduersus omnes prauas & falsas opiniones possit ualere contra eos. tamen potissimum est in ficta quid uas naturas uel substantias singulis principis aduersus in uicem rebelles esse arbitrantur. Offensi enim quibusdam rebus & rursum quibusdam delectati non earum quibus offenduntur sed earum quibus delectantur uolunt esse auctore dñm.